

Jakob Grosse

**Tertia Eaq[ue] succincta Triadis De Stilo N. Test. conscriptae Defensio :  
Disputationi Philologicae Anno 1641. 10. Iul. a M. Johanni Musaeo habitae in  
Academia lenensi, in qua affirmatur I. In N.T. & sermone Apostolorum esse  
Barbarismos & Solaecismos, §13. & 41. II. Graecum N.T. stilum impuru[m] esse §.  
39. III. Spiritum S. Apostolis inspirasse quidem res, sed non verba. §. 36. IV.  
Sermonem S. Apostolorum no[n] esse sermonem Dei, quoad verba §. 39. V. S.  
Apostolos locutos esse non ex Spiritus S. inspiratione, sed ex usu contracta  
consuetudine § 39. VI. Solaecismum non esse vitium formaliter sed materialiter §.  
42: Opposita**

Hamburgi: Wernerus, 1641

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767055683>

Druck    Freier  Zugang





*St.B.  
45.C 15*

*F.C-3748.  
F.C-3748.*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn767055683/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767055683/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn767055683/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767055683/phys_0004)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn767055683/phys\\_0005](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767055683/phys_0005)

DFG



TERTIA  
Eaq; succincta  
**TRIADIS**

De  
Stilo N. Test. conscriptæ  
DEFENSIO.

Disputationi Philologicæ Anno  
1641. 10. Jul. à M. ICHANNE MUSAO  
habitæ in Academia JENENSI,  
in qua affirmatur

- I. In N. T. & sermone Apostolorum esse  
Barbarismos & Solacismos. §. 13. & 41.
- II. Gracum N. T. stilum impurum esse §. 39.
- III. Spiritum S. Apostolis inspirasse quidem  
res, sed non verba. §. 36.
- IV. Sermonem S. Apostolorum nō esse ser-  
monem Dei, quoad verba §. 39.
- V. S. Apostolos locutos esse non ex Spiritu  
S. inspiratione, sed ex usu contiaclâ  
consuetudine §. 39.
- VI. Solacismum non esse vitium formaliter  
sed materialiter §. 42;

Opposita

a

M. J A C O B O Gressen /  
Branderb. March. Eccl. ad D. Cathar. Ham-  
burgi Fasore die 28 Triadis avore.

---

H A M B U R G I ,

Typis & Sumptibus HEINRICI  
VVERNERI Anno 1641.

TRIADIS

Si uero tu confidis  
in meo nomine.

O gloriosum patrum Alte-

re patrum Iustitiae Matri-

patrum in Ascensione Christi.

Si uero tu confidis in meo  
nomine. O gloriosum Alte-

re patrum Iustitiae Matri-

patrum in Ascensione Christi.

O gloriosum patrum Alte-

re patrum Iustitiae Matri-

patrum in Ascensione Christi.

O gloriosum patrum Alte-

re patrum Iustitiae Matri-

patrum in Ascensione Christi.

O gloriosum patrum Alte-

re patrum Iustitiae Matri-

patrum in Ascensione Christi.

O gloriosum patrum Alte-

re patrum Iustitiae Matri-

patrum in Ascensione Christi.

Præstantissimus, pietate, erudi-  
tione & Humanitate po-  
litissimus

BARTHOLDO  
Dni. & de Spreckelsen /  
VINCENTIO

Frratibus germanis, jam in Ar-  
gentoratensiū Academiā, studio-  
rum continuandorum gratiā com-  
morantibus, fautoribus & a-  
amicis meis colen-  
dis.

S. Plur.

 Uod, Præstantissimi  
dn. Studioſi, amici pluri-  
mūm colendi hanc ter-  
tiam Triadis mea defensionem, A-  
cademicā quādā disputatione, mihi  
oppositā, à me extortam, Vistro no-  
mini, honoris ergò, inscribere con-  
stitui, ad id, ne quis hoc in sequio-  
rem interpretetur partem, impulit  
me non tantum, quod veneranda

A 3

ma-

mater vestra, vidua honoratissima & Dn. adfinis vester dilectissimus, Consultiss. & Excellentiss.  
Dn. PETRUS LUTKENIUS,  
J.U.L. Senator Reip. Hamburg. dignissimus, Compater meus honorandus, hactenus varia benevoli affectus argumenta mihi declararunt;  
nec tantum quod Vos opera Clariss. & Excell. Dn. PETRI VVEITZKII  
J. U. L. adfinis mei dilecti, in Academicorum vestrorum studiorum,  
in Academiâ Altiorfinâ, directione,  
ex meâ commendatione, feliciter usos esse intellexi; Sed etiam & in primis, quia jam in celeberrimâ Argentoratensium Academiâ commorramini, quam non parum condecorant etiam Philologi in linguarum studijs versatissimi, qui de Idiotismis linguarum recte judicare & Divinam Stili Novi fæderis autoritatem,

contra

contra gentilium scommata & cri-  
minationes , sacram Scripturam  
Novi Test. barbarismorum & solœ-  
cismorum aliorumq; criminum bla-  
phemè & protervè postulatè , & ac-  
cusantes , strenè afferere norunt ;  
inter quos innoruit mihi nomen ad-  
modùm Rev: Excellentissimi & Ce-  
leberrimi VIRIDN. D. Dortschæi ;  
cujus èst in pion de Graco NoviT. Sti-  
lo in ipsâ tractatione adduxi . Cum  
itaq; Deus tam diuturno bello hæcte-  
nus non sine multarum animarum  
internecione gesto , vehementer in  
Germaniam nostram animadver-  
tat , non quidem ut ista direptioni-  
bus exhausta & desperatione fracta  
marcescat vel penitus labascat ; Sed  
ut deposito fastu & securitatis ty-  
pho , omnes sensus suos ad verum  
Deum contrahat & ab ejus SOLIUS ,  
tutelâ & presidio vitam, prosperita-

rem & salutē suam pendere statuat;  
ideoq; omnes ingenij vires & nervos  
intendere fas est, ut etiā à Sanctissi-  
mo Divine Majestatis, sine cuius gra-  
tiā nihil spei de finora pace afflictissi-  
ma nostra Germania potest concepi-  
re, Verbo , quo Novum fædus in  
CHRISTO sanctum est, quicquid in  
eis contemtū vergere potest, ne quid  
Ecclesia inde detrimenti capiat, pro  
virili avertatur. Ut itaq; vos, pra-  
stantissimi Dn. Studiosi, amicicolen-  
di, serenā frōte hanc defensionis mee  
dedicationem admittatis & me hac  
natione & oblatā occasione animos  
vestros vera pietatis amore magis  
magisq; accēdere & laudabili vestra  
familia Spreckelianā hoc etiā honoris  
monumentum erigere voluisse, agnoscatis,  
est quod officiosè peto, Vosq; Divina gratia  
commendo; Dab: Hambur: An. 1641. 30. Sept.

Præst: & Hum: V.  
Studioſiſſimus

M. Jacobus Grosse,

**V**eritatis studium cuivis  
curæ cordiq; esse debere, ut  
M. Musæus in præf. sua dispu-  
tationis scriptitat, nemo, ut opini-  
nor, erit, qui inficias ibit. Jussu  
Divinæ Majestatis teneatur unus-  
quisque veritatem ex corde lequ, ut  
ait S. Psaltes. Psal. 15. pro veritate acri-  
ter pugnare, ut D. Paulus ait, 2. Cor.  
13. cap. & clypeo veritatis se accinge-  
re, ut D. Apostolus ait Ephes. 6. cap.  
πάντα δει λιγον κινεῖν, ωσε τὸ αἰλη-  
θεῖς ἐνεργεῖν, ait Theodoreetus Dial. 2. Imo  
ἐν φυσιᾳ esse τὸ δύνασθαι λαλῶς ἐλέ-  
θαι, τὰ λυθέσκαν φυγεῖν τὸ φεῦ-  
δος, ait Aristoteles. Topie cap. 14. Ve-  
ritatem cum animam nostratū Philosophia,  
cum Christianæ religionis fundamentum  
esse, ait Scaliger exerc. 3. & non nisi  
veritatis finibus nostraram cogitationū per-  
petuum excusum arceri posse, scribit Idem  
exercit. 157. section. 4.

Quod itaq; in Triade meâ de sti-  
lo Novi foederis admodum Rev: &

A 4      Excel-

20

Excellentiss. Do. Theologorum Jenensium, suffragio Jenæ primum excusâ, hic autem Hamburgi, cum observationibus apologeticis . adversario meo anonymo oppositis, recusâ, atq; in hoc, de stilo Novi fœderis exorto certamine, pro diuinissima VERITATE, quam instar arcis invictæ, & omnem adversantium telorum jactim eludentis esse, est in propatulo. pro virili, tanquam pro meâ ara & foco pugnârim, istud ex istis observationibus liquidò constare, adhuc nullus dubito.

Quid autem & has pagellas pro detentione Triadis meæ scriptas prælo submittere volui, ad id calcaris instar stimulavit me disputatio Philologica M. Johan. Misæi 10. Jalij habita, à me autem 14. Sept. primùm visa atq; perfecta, in cuius frontispicio quidem ille, Christiano amore & favore dignam, promittit modestiam ; at in fine, ejus

pla-

planè oblitus, falso & Thrasonicè,  
 & ita satis immodestè gloriatur, se  
 Triadi meæ utrumq; crux fregisse, & ut  
 tota Triadis meæ structura labascere, fe-  
 cisse §. 46. Quod cum oppidò fal-  
 sum sit, conscientiam meam valdè  
 ursit, ut, quod hic M. Musæus  
 Triadi meæ neutrum crux, imo ne ossi-  
 culum quidem fregerit, quodque tota  
 Triadis meæ pro autoritate stili  
 Novi Testamenti, & contra Blas-  
 phemas gentilium criminationes  
 conscriptæ structura, per hujus M.  
 Musæi insultationem & paradoxo-  
 rum in titulo positorum incrusta-  
 tionem, nequaquam labascat, sed  
 utraq; crure infraicto adhuc immota fir-  
 mæ veritatis rupi insistat, succin-  
 etè (prolixitatem enim officij mei  
 ratio non admittit) demonstrarem.

Quamvis autem M. Musæus ali-  
 quocties scribat alium quempiam i-  
 litis, quas tam prolixè & studiose  
 adduxit, exceptionibus, paradoxa i-  
 sta complectentibus, nervum ar-

A s gu-

gumentorum meorum incidere  
posse, ex istâ tamen ex §. 46. citâ  
gloriatione, quâ tanto Zelo affir-  
mat & ex allatis exceptionibus tam-  
seriò infert & concludit se cum suo  
Respond: ea adduxisse, quæ Triadis mea  
utrumq; crux frangunt & ut tota ejus stru-  
ctura labascat, faciunt, ipsum M. Mu-  
sæum allatas exceptiones & suas fa-  
cere suoq; eas approbare calculo,  
talpâ cæcior esse, si non viderem:  
Tu ô Divinissima Trias, Deus Pater,  
Fili & Spiritus Sancte, faxis ut eun-  
dem scopum, quem mea pro divi-  
na sanctissimi tui sermonis autori-  
tate scripta Trias unicè intendit,  
feliciter & hic attingam, & ita totus  
in tuum præsidium recumbam.  
Admodum autem Rev: & Excellent:  
Dn. D. & Professores S.S. Theolog.  
in Academia Jenensi iterum roga-  
tum venio, ut si Triadem meam pe-  
træ veritatis solidè superstructam  
esse viderunt, quando ut Jenæ ex-  
cuderetur humaniter concederunt,

suo

5.

Iuo, etiam loco contra Theoninos  
cavillatorum dentes, eandem tue-  
ri haut graventur, & has meas pa-  
gellas defensorias, quando vacave-  
rit, perlustrare & quod in ijs verum  
esse deprehenderint, mecum defen-  
dere, in Sanctissimæ Veritatis gra-  
tiam non deginentur.

Primum autem totam Triadis meæ  
structuram nondum labascere, sed utroq;  
crure infraicto adhuc immotam consistere  
paucis, cum in bona causa vel tria verba  
sufficiant, probabo. Deinde stilum No-  
vi Testamenti ab omni barbarismorum &  
solaces morum labo immunem, & M. Mu-  
saeum modestie cancellos immodestè trans-  
gressum esse, & juventutem novis falsisq; o-  
pinionibus non parum turbasse demonstrabo.

## I. MEMBRUM.

**I**N hac tertia Triadis meæ defen-  
sione in primis hæc duo ad re-  
ctæ rationis trutinam & æquilibri-  
um examinari peto. 1. Scopum 2.  
Tractationis modum. Scopum exposui  
in 1. observatione apologeticâ;  
A G Cum

Cum enim Anno 1637. hic quæstio,  
An Novum Testamentum barba-  
rismis scateat? in Gymnasio nostro  
primum intra privatos parietes, ut  
dicitur, mota, sub hoc scheme in  
publicæ cujusdam disputationis  
auctario in arenam produceretur,  
videlicet ad quam facultatem, ista  
pertineret? idq; studioræ ju-  
ventuti ventilandum proponere-  
tur, & Anno 1639. Tractatus de Stilo  
S. literarum anonymous hic ex-  
cuderetur, in quo criminationes  
gentilium stylum Novi Testamenti  
ut Βαρβαρίζοντα, ut σπλακνίζοντα, ut  
σκυλοτομικόν, ut ἀλιευτικόν barba-  
rissantē, solæcissantē, sutoriū pisca-  
toriū blasphemè traducentium ex  
scriptis Patrum ita in conspectum  
producebantur, ut hic non tantum  
quidam juniores, sed & alij adultri-  
ores, de Stilo S. Apostolorum ad-  
modum sinistre sentire & loqui, &  
fœdam solæcismorum scabiem i-  
psi affricare cœperint, Reveren-  
dum

7.

dum nostrum Ministerium Ecclesiasticum ( Historie à relatione de primâ certaminis hujus origine, & de eo, quid h̄c dc Autore græco pubi scholasticæ proponendo, actū sit, in aliud tempus reservata ) necessum esse duxit, ut pro divinā stili Novi Testamenti autoritate aliquid conscriberetur, & ita sinistris ipsis iudicijs mature obviam iretur, h̄icq; Hamburgi studijs nostra juventus intra limites pietatis contineretur, & istiusmodi quæstione, An Novum Testamentum barbarismis scateat? detestandisq; ipsis gentilium criminacionibus non amplius tui baretur & offenderetur, quin potius ad honorificè de stilo S. Apostolorum & Novi Testamenti sentiendum & loquendum admoneretur & instigaretur.

Hunc hunc esse Triadis meæ scopum, ex singulis propositionibus, ipso jubare solis meridiano clarius est. In istas ergo gentilium blasphemias

mae criminaciones calamum ut  
stringerem , admodum Reverend.  
& Clariss. Senior Collegij nostri Ec-  
clesiastici à me petijt , Pietas postu-  
lavit , & benevolus meus erga stu-  
diosam juventutem affectus tan-  
dem impetravit : Et hoc est quod in  
hanc arenam me protraxit . Modus  
translationis , & tota Triadis meæ stru-  
ctura in tribus continetur propo-  
sitionibus , in quarum Prima demon-  
stratur : quod S. Evangelistæ & A-  
postoli non more mundanorum o-  
ratorum in foro , vel pro rostris ver-  
ba facientium phalerata verborum  
lenocinia affectarint . In Secunda de-  
monstratur , quod quamvis S. Ey-  
angelistæ & Apostoli in N. T. non  
adeo ornato & nitido , tumido &  
affectato dicendi genere usi sint in  
mysterijs verbi Divini revelandis ,  
impium tamen imo blasphemum  
sit , si quis inde S. literarum fastidi-  
osus Græcum Stilum N. T. fugilla-  
re , floccipendere , juventuti suspe-  
ctum

9.  
Cum facers, ipsiq; vitia & notam  
solocismorum & barbarismorum  
afficare contendat. In Tertia de-  
monstratur, quod nec patres, qui  
solocismorum & barbarismorum  
meminerunt, & Apostolos idiotas  
fuisse scripserunt, nec illi Autores,  
qui stilum N. T. Hellenisticum esse  
statuunt, nec isti qui in N. T. He-  
braismos & Chaldaismos esse obser-  
varunt, stilum N. T. fugillarint,  
vel impuritatisalicujus accusarint,  
sed stilum Apostolicum maximope-  
pere potius commendarint. Hinc  
cum Aristoteles scribat 2. Top. cap.

5. καλασκευάζογε πάντες οὐλογί.  
Ἐδῶ ἀνάγκη; Ego quoq; proba-  
re annitar structuram Triadis meæ  
adhuc salvam & immotam consiste-  
re; Ita argumentor:

Qui Triadis meæ structuram  
convellere sibi proposuit, eā au-  
tem ita comparatam invenit,

ut tres istas Triadis mæx propositiones ipse mecum serio adstruxerit & confirmarit, de illo certum est, quod Triadis mæx structuram reliquerit integrum, & per consequens falsò glorietur, quod Triadi mæx utrumq. crux frigerit, & ut tota ejus structuralab aceret, fecerit; quod consequens ex antecedente necessariò inferitur.

Atqui de M. Musæo prius est verum E. & posterius.

Assumptionem probat disputatio ipsius Philologica, quod enim totam Triadis mæx structuram convellere sibi proposuerit, gloriatio ipsius ex §. 46. citata, satis superq; attestatur. Quod autem singulas propositiones Triadis mæx ipse mecum adstruat & confirmet, manifestum est. *adstruit & confirmat propositionem meam primam* §. 19. ubi scribit, quod Spiritui S. per Apostolos loquenti vitium fuerit ab istiusmodi elegantijs hominum aures demul-

mui: entibus abstinere. Et §. 21.  
 ita scribit: Sermonem Apostolorū  
 esse simplicem & tritum. Et §. 27.  
 scribit: S. Apostolos trito & plebejo  
 loquendi genere & stilo usos esse.  
*Adstruit & confirmat propositionem meam*  
*secundam.* Ita enim scribit §. 23. Pa-  
 tres à me citatos hoc unum inten-  
 dere , quod sermo Apostolorum  
 non contemni debeat ob simili-  
 tatem & tritum dicendi modum. At  
 hic unus citationis meæ & alle-  
 gationis Patrum scopus est, Quam-  
 vis M. Musæus à §. 23 usq; ad §. 27.  
 alio citata Patrum testimonia tor-  
 queat , ac si ad probandam stili A-  
 postolici puritatem , puritati & E-  
 legantia veterum Græcorum con-  
 formem , à me adducta essent , de  
 quo suo agetur loco. Quod etiam  
 impium imo blasphemum sit , si  
 quis inde , quod S. Apostoli non  
 tam tunido & affectato dicendi  
 genere usi sint , stilo Apostolorum  
 vitia & notam solœcismorum ita  
     a ffri-

affricare contēdat, ut id impij pagi-  
ni, pervicaces isti S. Scripturę illuso-  
res fecerunt / contra quos elenchū  
mēū directum esse ex præfa. Triadis  
meæ ad Lectorem, & ex i. Memb. 3.  
prop. ex obser. apolog. 1. obs. 7. obs.  
8. obs. 11. obs. 15. obs. 25. obs. 37.  
obs. 49. obs. 52. & 55 & ex Appen-  
dice evidentissimè constat) mecum  
asserit M. Musæus §. 32. ubi scribit  
*Sententiam gentilium Christianis barbari-  
smos & solœcismos objicientium esse inpi-  
am & blasphemam: & hæc est tota pro-  
positionis meæ secundæ structura,*  
ā M. Musæo hoc assensus & suffra-  
gij tibicine suffulta, & ne labasceret  
probè stabilita. Adstruit & confirmat  
propositiōnem meam tertiam. Quod e-  
nim & Patres, & Linguæ Helleni-  
sticæ assertores & Hebraismorum  
Novi Test. observatores dignitati  
stili Apostolici nihil derogent, sed  
istum maximoperè potius com-  
mendent, ut propositio mea tertia  
sonat, M. Musæus itidem scribit §.

43. &amp;

43. & 46. Textum, ait, Græcum  
N. T. non contemnimus sed debi-  
ta reverentia suscipimus.

Et hæc meta est, ad quam tota  
mea tendit Trias: imo hæc tota  
Triadis meæ structura est. Cum  
itaque M. Musæus totam hanc Tri-  
adis meæ structuram, in citatis §.  
tam studiosè, tam apertè fulciat, &  
omininò idem, quod Trias mea af-  
firmat, affirmet, & quod negat,  
neget, ut ex proprijs ipsius verbis  
tres meas propositiones confir-  
mantibus probatum est: Utique  
M. Musæus contentionis studio  
procul dubio ita accensus falsò  
gloriatur, se adduxisse ea, quæ Tri-  
adi meæ utrumq; crux fregerint, & ut  
tota Triadis meæ structura labesceret, fe-  
cerint. Quæ ergo hæc immodestia?  
Quid hic judicabit studiosa juven-  
tus, cuius animos & oculos exortam con-  
troversiam in se convertisse, ait M. Mu-  
sæus §. II. Annon ita est, ut Sca-  
liger scribit exercitet, §. 20, Sectione 2.

Qui

Qui in cœno hærent, dum pedem  
alterum, quo sese expediant, tol-  
lere nituntur, altius figunt alte-  
rum?

## II. MEMBRUM.

**Q**uia itaq; M. Musæus in §. 46.  
quo animo, quaq; intentione  
ad Triadis Meæ Examen accesserit,  
apertè fateur, nempe ut Triadæ meæ  
utrumq; crux frangeret, & ut tota ejus  
structura labascat, faceret; imò quia  
gloriatur, à se id præstitum esse, &  
ita personam non modestè Examinatorū,  
ut id titulus pollicetur, sed vehementer  
adversarij, ad utrumq; crux Triadi meæ  
frangendum paratiſtem induit, ideoq;  
postquam in I. Membro probavi  
M. Musæum aërem verberasse,  
idq; quod à se præstitum esse glori-  
atur, non præstisse, & Triadi meæ  
neurum crux fregisse, totamq; Tri-  
adis meæ structuram utraq; crure infra-  
cto adhuc immotam consistere, de-  
fensionis meæ necessitas requirit,  
ut in hoc 2. Membro demonstrem.

M. Mu-

M. Musæum modestiæ cancellos in  
iua disputatione *immodestè* trans-  
gressum esse, & juventutem novis  
falsisq; opinionibus non parum  
turbasse.

Nova 1. & falsa est opinio,  
quâ statuit stylum N. Testamenti à  
barbarismis & folœcismis non pu-  
rum esse §. 13. impurum esse §. 39.  
in sermone Spiritus S. barbarismos  
& folœcismos admissos esse §. 41.  
Statuere hoc M. Musæum constat 1.  
*ex clara assertione*, quæ extat citatis  
locis §. 13. 39. 41. ubi id evidenter  
affert 2. *ix generali Conclusione* quia  
§. 46. *ex exceptionibus à se addu-  
ctis*, Stylum N. T. impurum esse,  
barbarismos eidem esse, affitman-  
tibus, animosè concludit, te ea ad-  
duxisse quæ Triadem meam, Sti-  
lum N. T. à barbarismis vindicantē,  
destruunt. Auctor itaq; lecponit  
1. *ipsius natura*, quæ attestari Graci-  
sum & Stylum Novi Test non sca-  
tere barbarismis & folœcismis; id  
quæ ex barbarismi definitione se-

Fidè probabo. Rectè enim M. Mu-  
ſeus §. 1. præmittit aliquid de vo-  
ce Barbarismi & Solœcismi. Opor-  
tet enim prius ipsius vocis usum  
cognoscere , à quo ſæpè numero  
provehimur in rei cognitionem ,  
ut ait Scaliger exer. 1. Sect. 1. quod  
in primis fit per definitionem , quā  
 $\Sigma\tauίας γνωρισμόν$  eſſe ait Aristot. 2.  
post. Anal. 3. cap. cent. 12. ſeu  $\lambdaόγον$   
 $\Sigma\tauί τι ἐστι$  2. post. 10. cap. cent. 44. ſeu  
 $\lambdaόγον$  ē το τη γην εἰναι ὅμοιον 7.  
Top. 5. cap. Definitiones enim con-  
ſicimus ,  $\Sigma\muανδέαν εἴνειν$  5. Top.  
2. cap. & 6. Top. 4. cap. Ita ergo ſu-  
idas , autor magnæ , inter Christianos ,  
autoritatis definit barbari-  
ſum , respectu Græcæ lingua ,  
quod fit  $\lambdaέξις$  ēn τῶν κακῶν πα-  
πὰ τὸ ΕΘΝΟΤΟΝ εὐδοκιμεῖτων εἰληφθύν  
id est , dictio vitiosa , præter consuetudi-  
nem celebrum Gracorum : Unde ita  
argumentor ;

Graci-

**Græcismus** qui scatet barbarismis, est, qui continet dictiones vitiosas præter consuetudinem celebrium Græcorum, vi allatæ definitionis.

Atqui Græcismus Spiritus Sancti & Apostolorum seu N. T. non continet dictiones vitiosas, præter consuetudinem celebrium Græcorum.

E. Græcismus Spiritus S. & Apostolorum seu N. T. non est Græcismus, qui scatet barbarismis.

Minorem seu assumptionem probo i. à summa perfectione & divina autoritate Spiritus S. qui quod S. Apostoli de Christo docuerunt, & locuti sunt, per Apostolos locutus est; *Non vos estis loquentes, sed τὸ πνεῦμα ἐπιφόρος ὑπάντον τὸ λαλεῖν ἐπ ὑμῖν* Spiritus patris vestri, qui loquitur in nobis; ait Salvator noster.

ad A-

ad Apostolos Matth. 10. cap. v. 20 Re-  
 pleri sunt Apostoli spiritu S. & ca-  
 perunt loqui varijs linguis, prim  
 Spiritus S. ipsis dabit eloqui ait S. Lucas  
 Actor. 2. v. 4. de quo texiu ita com-  
 mentatur S. Ambrosius Tom. 3. ser. 2.  
 de die pentec. Salvator noster dedit die  
 pentecostes discipulis non aut talenta, non  
 argenti metallia, sed Spiritus S. celestia  
 munera, ut inter ceteras gratias Apostoli  
 etiam variis linguis loquerentur, hoc est,  
 ut Hebreæ nationis homo Christi gloriam,  
 Romaræ sacraudie eloquemus personaret.  
 Et Theophilus laetus in eomm. in 2. cap.  
 Act. Apostol., ait, non a semetipsum lo-  
 quebantur, sed a Spiritu S. eloquebantur ea,  
 quæ per prophetas prodita sunt testimonia  
 de Christo. Et D. Brentius Hom. 7. in  
 cap. 2. Actor. Donum diversarum lin-  
 guarum, primam vocat Spiritus S. opera-  
 tionem, primum donum S. Dei hinc  
 locuti sunt Ag. & petrus &c. &c. 2. Pet. 1. cap.  
 Ex quo ita  
 concludo;

Stilus & sermo Spiritus S. non  
 conti-

continet dictiones vitiosas: Spiti  
tui enim sancto propriè summā  
perfectionem, citrā blasphemia-  
ma, vitium impingi non potest.

Atqui stilus & sermo Aposto-  
lorum, quo Evangelium Iesu  
Christi toti mundo annunciat-  
runt, est stilus & sermo Spiritus  
Sancti, ut ex citatis testimonijis  
liquidò constat. Ergo

Stilos & sermo Apostolorum,  
quo Evangelium Christi toti  
mundo annunciarunt, non con-  
tinet dictiones vitiosas.

Id quod itidem ipse M. Musæ-  
us contestatur, quando scribit in  
præfat. Apostolos divino instinctu ad nos  
locutos esse & §. 36. ubi ait, Apostolos  
in N.T. ex inspiratione Spiritus S. locutos  
esse & scripsisse, eum qz qui id negat, Spi-  
ritui Sancto in faciem contradicere.

Qui ergo divino instinctu et-  
jam græcè locuti sunt, qui ex in-  
spiratione Spiritus S. locuti sunt,  
illi nō vitiosè locuti sunt; quam-  
B simi-

vis aliquando præter consuetudinem celebrum Græcorum locuti sint. Vitiosè enim loqui arguit ignorantiam vel incogitiam, quam in Spiritum S. cedere quis dicat!

Atqui de Apostolis prius est verum, ut meus etiam Musæus ait. E. & Posterius.

Quo argumento stante ruit quod §. 19. ad id responderi posse scribit. Probo minorem 2. ex defectu exemplorum, quia nullum exemplum vitiosæ dictionis ex Græco textu Novi Test. potest produci, nec à M. Musæo ullum productum est. Ante omnium literaturum oculos prostat utilissimus labor illorum & Excellentium Theologorū & Criticorum. Philologorum, qui tropos & figuræ à Spiritu Sancto usurpatas, qui Hebraismos & Syrismos Novi Test. & alias difficiliores loquendi formulas, accurate obliterarunt & declararunt. Ad dictiones vitiosas esse, quod ego

scirem, nuspiā annotārunt. Legatur Rhetorica Sacra Excell: D. Salomonū Glasij l. s. . Philolog. S. Legantur exercitationes Sacræ Clariss. Dn. Heinsti, legatur duplex commentarius iohan: Drusij ad voces Hebraicas Novi Testam, legatur commentarius Angel: Caninij de Locis N.T. Hebraicis: legatur liber, quēm Sixtinus Amama vocat Anti-Barbarum Biblicalum, & manifestum evadet Græcum Textum N. T. ab istorum nemine vitiositatis uspiā accusari, vitiosamq; quandam loquendi formulam ab Apostolis nuspiā prolatam esse. Fuit quidem, qui scripsit in verbis Christi Matth. 28. cap. dicentis: Euntes docete mārtiā ē-  
dū, βαπτιζοντες δύσει, esse folœ-  
cissimū. Sed D Casparus Finkius lib. I.  
schedias: sched: 44 eidē & Goclenij  
& Piscatoris autoritatē opponit, &  
Syntaxin nō ad vocē sed ad sensum,  
& vocē δύσει nō ad vocem ēδū, sed  
ἀνθρωπας referri debere scribit:

similemque syntaxin ex Horatio & Scaligero adducit, quos vitiosè locutos esse aut sollecitos admisisti nemo doctorum dicet. Et ita Minorem argumentationis meæ propositionem sufficienter probatam esse confido, & quod *immodestia* signum sit, quando M. Musæus Græcum textum N. T. impurum esse, barbarismis & sollecismis scatere comminiscitur, inde rectè concludo. In primis cum etiam se opponat

2. Excellentissimorum Theologorum & Philologorum autoritati. Ubi præmitto, quod in primis Theologorum sit, de stilo S. Apostolorum & N. T. judicare, id quod hoc argumento evincam.

Quicquid pertinet ad istam  
*ὑπότιμων θεοφανείων λόγων*.  
 Timoth. I. c. v. 3. descriptam, de eo in primis Theologi ex Scriptura S. tenentur judicare: *ὑπότιμων έχει*, ait D. Paulus ad Episcopum.

Atqui

Atque stilius S. Apostolorum ex  
N. T. pertinet ad istam ὁμοίωσιν  
et de illo enim D. Paulum loqui  
ex contextu manifestum est.

Ergo de stilo S. Apost: & N. T.  
in primis Theologiae ex S. S. tenentur  
judicare. Opponit autem se Jenæ  
hic Magister admodum Reverendo  
& Excellen tissimo Dn. D. Himmelio,  
Professori & Theologo Jenensi, qui  
in disp. 2. Colleg. Anti-Calv. scribit: Illos,  
qui solerter nos Evangelistis & Apostolis iuri-  
buunt, Spiritum S. in insinuam Schola et la-  
sem locare & ferulis quasi Grammaticus sub-  
mittere, monet quod ut Grammaticelli suas a-  
gnoscant imperfectiones, & præceptia Gram-  
maticalia huius & manu ex Schola spiri-  
tu S. corrigere & perficere discant. Et  
addit; O vere miserios Grammaticos illos,  
qui virgulam censoriam in Spiritus S. lin-  
guam sibi sumere & arrogare audent, quam  
enim ipsius Dn. D. Himmelij M. Mu-  
sæus aliquoties in disputatione sua  
vehementer & singulari studio, sed sine  
omni solidi fundamento ita yellit,

cat, ut mirer ipsum id ausum fuisse. Certè, scribit idem D. Himmelius in Epist. ad Galat. in verbum Dei injurij, in Spiritum S. blasphemari sunt, qui Scripturam S. Regulis Grammaticorum etiam profanoram alligare & Textum presertim N. T. Græcum originalem nesciocijus solœcismi arguere hauderubescunt. At M. Musæus Dn. D. Himmelio expressè contradicit, & N. T. solœcismi arguere nō erubescit. Opponit se admodum Reverendo & Excell. Dn. D. Glassio, ita in Epistolâ dedicatoria Rhet. S. dicenti: *Quis fucata illi Eloquentiae nominum hoc dictaturæ summa Ius concessit, ut ad eam, ceu amissim Sacra Scripturæ fontes & linguam authentica m exigi necessum sit, & quod cum ea non consentit, solœcismorum & impuritatæ reū peragi?* At M. Musæus plane contrarium defendit, & Græci N. T. textum solœcismorum & impuritatæ reū peragit. Opponit se hic M. Musæus venerando Dn. Seniori Fabricio Heb. ling. Profess. Wittebergensi, qui in præfat. præfixa Syria-

eo Gymnasio Crinesij scripsit. Græcisum N. T. in multis locis quidem pure  
 Gracis esse barbarismum propter Phrasin i-  
 psius ignorantiam sed, quod evidenter addit, Ec-  
 clesiæ non esse barbarismum, ut quæ agno-  
 scit primævum sermonem, eumq; in S. Scri-  
 pturas N. T. manare deprehendit. Aut er-  
 go M. Musæus non erit membrum  
 Ecclesiæ, aut id quod Dn. Fabricius  
 affirmat, audacter negat. Opponit  
 se hic M. clariss. Heinso (viro ad mira-  
 culū docto, ut laudatur à Dn. D. Glas-  
 sio) in prolegom: in Exercit. S. piè  
 admodum scribenti. Ut sermonem A-  
 postoli non purum, vel ipse dicam, vel dicen-  
 tibus assentiar, nunquam equidem adducar.  
 At M. Musæus facilimè nullā necef-  
 sitate motus, ad id se adduci patitur,  
 opponit se hic M. M: clariss. Dn. Dil-  
 berro, qui nō tantum ut Presles dispu-  
 tationis de præcipuis linguarū vitijs  
 barbarismo & solœcismo An. 1640.  
 Jenę habitę defēdit in th. 14, proterve in  
 Sacrosanct. Scripturam. dicit eam σολοκεί-  
 ζειν aut βαρβαρίζειν, & in th. 10.

οὐλοικοτρόπον esse σώσε λόγος οὐκ  
συὸν & sanæ rationis vibicem &  
flagellum, sed etiam in carmine  
addito testatur:

*Sermonis almi Spiritus quām sancta sit  
Multiq; digna PVRITAS encomijs  
SOLISq; tetrīs sordeat gentilibus,  
Mysteriorum nescijs cœlestium.*

Ecce Clariss. Dilherrus Stilum  
Novi Testamenti purum esse affir-  
mat, M. Musæus negat, & Da. Dil-  
herro audacter cōtradicit. Opponit  
se M. Musæus Excell. Dn. D. lungio  
( quamvis § 32. ita pro ipso pugnet,  
ac si mentem ejus per literas explo-  
rasset, aut aliunde per tertium ab i-  
plo adjut' dad utrumq; crus Triadi  
meæ frangenum se accinxisset ) ita,  
cōtrā eos, qui in Græcismo n. r. bar-  
barismos esse contendunt, in scri-  
pto germanico An. 1637. hic diyul-  
gato, scribenti: quod questio an N.  
T. scireat barbarismus, adeo sit scandalosa,  
ut sic loquar, ut nemo Christianorum ante-  
bac

hac ipsam moverit, p. 23. quod sit scanda-  
lo plena loquendi formula, quæ ipsi semper  
dissipuerit, p. 24. quod si quis esset, quod  
alijs persuasisset, esse, qui opinentur No-  
vum Test. scatere barbarismus, ille scanda-  
lum dedisset p. 32. quod nunquam concede-  
re voluerit barbaras loquendi formulas  
occurrere in N. T. cum ipsi Graecæ barbari-  
sum pro vitio linguae habeant p. 34. Vi-  
det igitur M. Musæus, quomodo  
disputaturus pro D. Jungio, eidem  
contradicens, contra ipsum dispu-  
ret, & dum se autoritati tam cele-  
brium Theologorum & Philolo-  
gorum sive certo fundamento, op-  
ponit, limites modestie insigniter  
transcendat. Ego equidem non  
memini vel unicum esse ex nostra  
tibus Theologis *yvnios* Augustanæ  
Confessioni addictis, qui un-  
quam Græcum Stilum N. T. βαρ-  
βαρίζειν & οὐλοκτεῖν dixerit scri-  
pseritq; M. Musæus hic inter eos, si  
est inter eos, mihi primus est, qui

id scribere ausus est non sine scandalo. Quando enim M. Musæus §.  
45. ita disputat: *Textus N.T. scatet barbarismis & solœcismis, & inde impurum est.*  
*Ergo ei, qui purum Græcismum vult addi-*  
*scere, Græcus N.T. textus hoc sine nō legen-*  
*dus est, & nō modo juvent' sed & alij*  
*Politici literati audiunt blasphemos*  
*gentiles ita esse ratiocinatos: N.T. à*  
*rudibus & indoctis scriptum est: Er-*  
*go nō credendum est, ut Arnobius re-*  
*fert lib. 1. adversus gentes, vel, Scriptu-*  
*ra Sacra barbaris vocibus constat,*  
*Ergo pro nihilo habenda est, ut*  
*Isidorus Pelusiota de paganiis Græcis referet,*  
*4. cap. 28. Utiq; tam facile ex ista*  
*quam ex hac collectione flammam*  
*sinistride N.T. stilo judicij concipi-*  
*unt, & ab eo ceu stilo impuro, bar-*  
*barissante & solœcissante, alieni-*  
*ores fieri incipiunt. Hoccine est ju-*  
*ventutem exorta controversiâ per-*  
*turbatam, ex Labyrintho in viam*  
*reducere? Non est. Magis magisq;*  
*hac*

hac M. Musæi opinione juventutem  
turbari, ipsi q; magnum scandali la-  
pidem objici, certum est.

Nova II. & falsa est opinio,  
quando §. 13. opinatur, id ex defini-  
tione barbarismi posse probari, quo  
fine definitionem barbarismi à Sui-  
dâ datam, mutilatè adducere, eaq;  
ad institutum suum abuti, & ita ar-  
gumentari audet:

*Qui Græcismus continet voces & con-  
structiones præter consuetudinem claro-  
rum virorum introductas, is non est pu-  
rus à barbarismis & solœcismis; quam  
prepositionem probat ex definitione  
Suidæ:*

*Aq; Græcismus Apostolorum continet  
istiusmodi voces & constructiones. E.*

Ad Majorem enim responden-  
dum est, eam limitatè esse veram, de  
isto Græcismo, qui continet vitio-  
sas dictiones præter consuetudinē  
clarorum Græcorum introductas,

Definitio enim barbarismi à Suida  
data, non ita habet, ut M. Musæus  
eam citat §. 13. quod sit dictio præter con-  
suetudinem clarorum Græcorum: sed ita,  
quod sit λέξις ἐκ νανίων παρὰ τὸ ε-  
ἴδος τῶν εὐδοκιμεῖτων ἐλάχιστον: di-  
ctio vitiosa præter consuetudinem clarorum  
Græcorum. νανία significat vitiosita-  
tem, etiam in Imperatore culpan-  
dam, quod fecit Marcellus Gram-  
maticus, qui Imperatori Tiberio  
respondet; *Hominibus ius civitatis da-*  
*re potes, verbis non potes referente Dione*  
*Cassio in Hist. Romana.* Ut itaq; Sui-  
das ait barbarismum esse dictio-  
nem vitiosam, ita Autor ad Herennium  
ait, ipsum esse vitium in sermone, & Li-  
nacer ait l. 6. Barbarismum esse vitium  
constructionis; & Scaliger exer. 51. esse deprava-  
tionem, cui calculum suum adjun-  
xit Dn. D. Jungius, quando loco à me  
in Triade citato pag. 102. scribit:  
Dass die Griechen selber barbarismum  
für ein vitium oder Fehler der Spra-  
chen

chen erkennen / quod discere debebat  
 M. Musæus à D. Jungio, unde & Au-  
 gustinus l. 2. de doct. Christ. cap. 15. bar-  
 barismi definitionem declaraturus  
 adduxit exempla duo, *unum vitiosæ*  
*pronunciationis*, cum ait: ab eo, qui  
 ut peccatis suis ignoscat Deus pe-  
 tit, non multum curati, etiam si  
 antepenultimam in verbo ignosce-  
 re, produceret: *alterum vitiosæ con-*  
*structionis*, cum ait, utrum inter ho-  
 mines, an inter Hominibus dicat  
 ad rerum non non pertinet cogni-  
 torem. Cum itaq; definitiones,  
 quando inde firma argumenta peti  
 & formari debent, ex Logicorum  
 præcepto, non mutilatè sed inte-  
 grè sint adducendæ. major propo-  
 sitio necessariò ad dictiones vitiosas  
 est restringenda, quod cum fit in  
 M. Musæi syllogismo, falsa erit mi-  
 nor. Græcissimus enim Apostolorū,  
 quamvis contineat dictiones nu-  
 pacio  $\tau\epsilon\delta\sigma\tau\omega\tau\epsilon\mu\delta\pi\tau\omega\tau\epsilon\pi\pi\pi\pi\pi\pi$ ,

B 7 tamē

tamen non continet λέξεις ἐκ τῶν  
χακιῶν dictiones vitiolas; quod ta-  
men, vi allatæ definitionis, pertinet  
ad essentiam barbarismi. Quod au-  
tem Græcismus Apostolorum non  
contineat dictiones vitiolas, argu-  
mento antecedente probatum est.

Nova III. & falsa opinio est quā-  
do §. 17. non tantum ex aliorum sed  
ut gloriatio ejus & generalis con-  
clusio contrà Triadem meam §. 46.  
id demonstrat, ex sua etiam mente  
scribit Apostolos locutos esse ex hominum  
placito, vel ut §. 39. scribit, non ex in-  
spiratione Spiritus S. vel supernaturals acti-  
one, sed ex usu contracta consuetudine?  
Pervulgata quidem est Hebræorum  
& Judæorum Αλεξανδρια, ubi Hebræi,  
Chaldæi, Syri passim dispersi & cū  
Græcis commixti sunt, sed S. Apo-  
stolos propterea ex hominum pla-  
cito locutos esse, inde inferendum  
non est, quod manifestum est 1. ex  
argumento supra adducto ex Matth. 10.e.  
& Act,

& Act. 2. cap. ex quo & hoc nascitur  
argumentum:

Per quos Spiritus S. locutus  
est, illi non sunt locuti ex homi-  
num placito, & consuetudine u-  
su contracta. Quis enim Spi-  
ritum S. ad consuetudinem usu  
contractam adstringere; ipsumq;  
usu morem loquendi contraxisse  
contra summam Spiritus S. per-  
fectionem dicere audeat?

Atqui per S. Apostolos locu-  
tus est Spiritus S. ubi Evangelii-  
um Christi prædicarunt, & asse-  
ruerunt: ut Christus Matth. 10. c.  
S. Lucas vero Act. 2. cap. attestat-  
tur.

E. S. Apostoli non locuti sunt ex  
hominum placito & consuetudine  
usu contractâ. Hinc D. Brentius  
Hom. 7. in cap. 2. Act. ita commen-  
tatur: Prima Spiritus S. operatio,  
primum donum est, alijs linguis  
quas nunquam humano præce-  
ptore didiceris, loqui scire.

Addo

Addo 2. & hoc Sancti Dei homines locuti sunt  $\Delta\mu\delta\beta\pi\epsilon\nu\mu\alpha\tau\sigma$   $\alpha\gamma\zeta\alpha\phi\mu\epsilon\rho\sigma$  2. Pet. 1. c.

Atqui Apostoli etiam post mirandam Spiritus Sancti effusione fuerunt Sancti Dei homines! ut qui à Spiritu Sancto singulariter sunt sanctificati.

Ergò Apostoli etiam tunc temporis locuti sunt  $\Delta\mu\delta\beta\pi\epsilon\nu\mu\alpha\tau\sigma$   $\alpha\gamma\zeta\alpha\phi\mu\epsilon\rho\sigma$ .

Constat id 3. ex proprio M. Mu-  
saei testimonio §. 20. ubi affirmat,  
quod illo tempore, quo spiritus S.  
super Apostolos effutus est, adstantes  
diversarum nationum & lingua-  
rum gentes admiratae sunt di-  
versis linguis loquentes Apostolos,  
ideo quod eos, quos neverant tot  
ac tam diversarum linguarum ante-  
tea ignaros fuisse, non sine miraculo  
suis linguis loqui audiverunt.

Qui ergo locuti sunt Græce  
non sine miraculo, illi non sunt  
locu-

locuti ex hominum placito & consuetudine usu contracta: Hujusmodi enim locutionem fieri sine miraculo evidens est.

Atqui S. Apostoli græce locuti sunt non sine miraculo, ut scribit M. Musæus §. 20. Ergo

S. Apostoli sunt locuti ex hominum placito & consuetudine usu contracta. Porro:

Qui locuti sunt instinctu divino & ex inspiratione Spiritus S. illi non sunt locuti ex hominum placito & consuetudine usu contracta: Hanc enim M. Musæus §. 39. inspirationi & supernaturali Spiritus S. actioni opponit.

Atqui de Apostolis prius verum esse scribit M. Musæus in præfat. §. 36.

Ergo & posterius. Ex lege enim oppositorum unum negandum, alterum affirmandum: *vixim*

νάγνη η Φέρον η αποφύγεις, ut  
ait Aristot. lib. ἐργαν. c. 13. Idem  
probo & ex consuetudinis requisito:

Quod enim S. Apostoli exhortatione  
minum placito & consuetudine  
usu contracta locuti sunt, id tunc  
temporis inter homines Iudeos  
& Graecos, usu tritum fuit; o-  
portet certè ita fuisse, alias con-  
suetudo ex usu contrahi non po-  
tuisset.

Atqui Mysterium Evangelij  
de CHRISTO crucifixo unico sa-  
lutis fundamento, ante S. Apo-  
stolorum prædicationem, inter  
homines Iudeos & Graecos non  
fuit usu tritum. Est enim Myste-  
rium a Christo primum Apostoli enar-  
ratum Ioh. 1, 18. æternis temporibus ta-  
citum & per Apostolos primum revela-  
tum, ut D. Paulus ait Rom. 16. c.  
v. 24. Imo Iudeis scandalum, Gentili-  
bus autem stultitia fuit, cum per Apo-  
stolos doceri cœpit 1. Cor 1. cap.  
v. 23.

Myste-

E. Mysterium Evangelij de CHRI-STO crucifixo, unico salutis fundamento, Apostoli non ex hominum placito & consuetudine usui contractâ locuti sunt.

Certum quippè est Sanctos Apostolos, Evangelium IESU CHRISTI docturos ex communi usu loqui non potuisse, cum Evangelium istud contineat res platiè mysticas, in Scriptis Sanctorum Prophetarum solidè quidem fundatas, at à communi usu hominum tunc viventium & Judæorum & Gentium ita remotas, ut Judæi & Gentes Sanctos Apostolos insanire existimârint. Cum itaque res essent mysticæ, oportuit Sanctos Apostolos, tunc à Spiritu Sancto immediate illuminatos ad res istas mysticas, ad mysteria Evangelij, ipsa verba, ita ut Spiritui Sancto visum fuit, aptare. Voces enim sunt

τῶν προχωράτων οἰκονόματος τερυμ  
simulacra, ut Philosophus ait lib:  
περ ερμην. cap. 1. Istam autem co-  
aptationem verborum ad res mysti-  
cas & Apostolicam loquendi for-  
mulam, à communī ulū & Judæo-  
rum & gentium, istiusmodi co-  
aptationem & formulam loquendi  
ignorantium, alienam fuisse, &  
per consequens S. Apostolos non ex  
hominum placito, non ex consue-  
tudine usū contractā locutos esse,  
manifestum est! Quæ ergo obsecro has  
pertinacia est, malle noticiam linguae Gra-  
ce in Apostolis industrie tribuere, quam  
miraculo, ait Beza contra Erasmum  
in Notis in cap. 10. Act. v. 46. Quæ  
ergo addo & ego, hæc modestia  
est, id quod S. Apostoli de Christo  
locuti sunt, malle tribuere ex usū  
contractæ consuetudini quam ipsi  
per Apostolos locuto, Spiritui San-  
cto?

Nova & falsa est opinio, quan-  
do hic M. Musæus §. 21. scribit à  
me

me id, quod in Cicerone, Terentio, Plauto, Livio, Salustio occur-  
rant Græcismi, & ramen puritati  
& elegantia Latinorum istorum au-  
torum inde nihil decedat, malè ad  
N. Testamentum, Hebraismorum  
liquore imbutum, accommodari,  
cum latini autores ita ex consuetu-  
dine autorum priorum tales Græ-  
cismos adhibuerint, Apostoli au-  
tem non alios autores ante se, qui  
Hebraismos adhibuissent, habue-  
rint, & ita impuritatis, solœcismo-  
& barbarismorum arguendi sint,  
ut statuit §. 39 Quid ait I. M. Mu-  
seus? Num Hebraismi in Græco  
Novi T. textu adhibiti sunt barba-  
rismi & solœcismi? Neutquam.

Barbarismus est λεξις ἐκ τῶν  
κακῶν, dictio vitiosa ut ait Sui-  
das. Hebraismus non est dictio  
vitiosa. Estenim ipsius Spiritus  
S. Estq; dictio desumpta ex scri-  
ptis S. Prophetarum, qui, quan-  
do Hebraicè locuti sunt, non bar-  
bare

barè locuti sunt, imo locuti sunt  
 2[ρὶ ἐπινεμα]το[ρίας φέρομε-  
 ναι acti à Spiritu Sancto. z. Pet 1.  
 cap. E. Hebraismus non est bar-  
 barismus.

Hebraismum esse quando Evan-  
 gelista Matthæus cap. 16. v. 28 Mar-  
 cus cap. 9. v. 1. Luc. cap. 9. v. 27. Joh.  
 cap. 8. v. 52. dicit γένεσις ταῦτα & gu-  
 stare mortem, id est, mori. Hebra-  
 ismum esse quando Johannes ait, cap.  
 3. v. 21. ποιεῖ αὐτὸς αὐτόν, id est, face-  
 re quod justum & rectum est, cum  
 Hebræi per veritatem intelligant o-  
 pus justum & rectum. Veritatis  
 opera ea Hellenistis esse, quæ Ju-  
 stitiae dicuntur, observat Heinlius  
 in Exerc. S. hunc locum. Hebraismum  
 esse quando Marcus ait cap. 7. v. 2.  
 κονιους χεροι εἰσιν id est αἰθωροι,  
 ut ipse S. Evangelista v. 3. explicat,  
 id est immundis, pollutis, manibus,  
 Hebræi enim ea communia vocant,  
 quæ non sunt munda. Hebraismum  
 esse

esse quando Lucas ait Act. 10 c.v.36.  
 $\alpha\pi\varsigma\epsilon\lambda\mu\pi\lambda\delta\sigma\tau$ , id est significare,  
 explicare, Cum apud Hebreos ex  
 antecedente s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> intelligatur con-  
 sequens. Hebraismum esse, quando  
 D. Paulus ait 2. Cor. 5. v. ult. Chri-  
 stum factum esse  $\alpha\mu\alpha\pi\tau\alpha\sigma$ , id est,  
 ut D. Egidius Hunnius explicat,  
 victimam pro peccato: Hebraismo s<sup>i</sup>  
 hos esse norunt literati, barbari-  
 smos esse nemo nostratum Theo-  
 logorum & Philologorum dixit vel  
 scripsit, imo nemo id potuit. aliud  
 est  $\epsilon\beta\alpha\lambda\gamma\mu\pi$ , aliud  $\beta\alpha\beta\alpha\epsilon\iota\zeta\mu\pi$ .

Istud de N T. affirmo, Hoc nego. 2.  
*Accommodatio mea nititur pari ratione.*  
 Nam ut primus autor classicus ve-  
 rē Latinus & probatus, qui græci-  
 smos stilo suo immiscuit, etiam si  
 ante se priorem, qui id fecerit,  
 non habuerit, propter Græcismos,  
 ex censu & classe Latinorum, non  
 est exturbandus, nec Barbarismorū  
 aut Solecismorum accusand<sup>o</sup>,  
 cum ejus autoritas reliquis latinis

auto.

autoribus, qui ipsum imitati sunt,  
 sit instar normæ. Ita, quia Spiritui  
 Sancto Magistro dicendi in Ecclesia  
 sapientissimo, qui primus mysteria  
 N. T. per Apostolos elocutus est,  
 placuit, Hebraismos sine omniso-  
 lœcismo & barbarismo, Græcismo  
 suo immiscere, propter res ipsas in  
 Hebræo Veteris T. Textu fundatas,  
 etiam S. Apostolos in N. T. Græce  
 loqui & sine omni barbarismorum  
 & solœcismorum nota, Hebraismos  
 admiscere potuisse, optimè colligi-  
 tur. Adjungo hinc 3. quod D. Hein-  
 sius scribit in proleg. in exerc. S. p.  
 20. Quis vel Apostolum Ἐγιήσει neget,  
 vel Salusti, vel Taciti aliosq. Græcorū cum  
 loquuntur more, aut hoc affectant, σολοκί-  
 ζειν? Sunt Hebræa verba in Scriptura S.,  
 que non sunt translatæ ut Amen, Alleluja,  
 Rachā, & Hosanna, partim propter san-  
 ctiorēm autoritatēm, & antiquitatēm,  
 quamvis transferri possent, ut Amen &  
 Alleluja: partim quia in aliam linguam  
 transfrerri non posse dicuntur, sicut Ra-  
cha

cha & Hosanna, Racha enim dicunt esse vocem indignantis, Osanna lamentans, ait August. i. 3. l. 2. de doctr. Christ. cap. II. Quod autem id solœcismus sit, non ait. Livium verbo androgynum usum esse, cum dicere potuisset Mas fœmina ait Scaliger exercitat. 259. Sect. 2. At solœcismum id esse non dicit.

*Falsa V. est opinio, quâ hic M. Musæus §. 23. admodum prolixè patrum à me citatorum Testimonia planè impertinenter à me citari falso scriptitat!* Notari peto i. quod thesis propositionis mæ secundæ hæc sit, quod quamvis genus dicendi in Græco N. T. textu non sit adeò ornatum & nitidum, tumidum & affectatum, ut est gentilium oratorum, verboruū pompa & lenocinijs, fastu & blanditijs se ostentantium, impium tamen imò blasphemum sit propter ea stylum N. T. fastidire, sugillare, vili pendere, & cum paganis solœci-

C smorum

smorum accusare: Hanc thesin  
 ut probarem adduxi in exegesi pro-  
 pol. 2. Patrum ista testimonia ut  
 quæ luculenter istam thesin confir-  
 mant, & inde admodum pertinen-  
 ter & convenienter à me citata sunt.  
 M. Musæus autem aliam citationis  
 meæ sibi confinxit causam, ut ha-  
 beret larvam, cum qua tantâ cum  
 contentione pugnaret, nempè ac si  
 ex Patrum testimonijs probare in-  
 tendisset Apostolos in N. T. sem-  
 per ita pure & eleganter locutos es-  
 se, ut pure Græci locuti sunt, quod  
 ut in 1. Triadis meæ propositione  
 confutavi, ita in 2. propositione  
 neutiquam intendi. Oleum itaq;  
 operamq; perdidit M. Musæus, dum  
 Patres à me impertinenter citatos  
 tam prolixè alijs persuadere sibi  
 proposuit.

Notari peto 2. citatos patres  
 id unice velle, ut honorifice de Stilo  
 Novi Testamenti sentiatur, & er-

jam

jam si non ita luxurietur, ut stilus  
 Paganorum & veterum Græcorum,  
 tamen magni pendatur. Annon  
 id attestatur Lactantius? Omni-  
 nò. Infideles sunt, qui ideo Scriptu-  
 ris Apostolorum, quia fuso carent non cre-  
 dunt ait lib. 5. Div. institutione cap. 1. An-  
 non id attestatur Augustinus? Omni-  
 nò. M. Musæus excipit Augustinum  
 loqui non de Stilo, sed de Rhetorica per-  
 suadendi ratione, quando Apostolorum  
 commendavit Eloquentiam. Quamvis  
 autem hoc fine Augustinum non  
 allegaverim, ὡς ēv παρόδω tamen  
 respondeo, Augustinum etiam de  
 Stilo Apostolorum loqui: Nam  
 ita ait libro 4. de Doctrina Chri-  
 stiana Capite 7. In scriptis Pauli es-  
 se flumina Eloquentia & Scripta Aposto-  
 lorum esse eloquenter composita, Scripta  
 autem Apostolorum in se Græca  
 esse non nescivit Beatus Augus-  
 tinus, de istis ergo affirmat eximiā  
 inijs esse eloquentiam, æquè ut de

stile Spiritus S. ait lib. 8. conf. cap. 21. *Ipsum esse venerabilem.* Quod autem citavi Augustinum l. 4. de doct. Christ. cap. 14. exclamantem de S. Jeremia, o eloquentia tanto terribilior quanto purior, id planè impertinenter à me citatum esse imaginatur sibi M. Musæus: Sed falso ex eo n. perspicere debuisset, quod si ne Patres adduxerim, ut nempè juventus agnosceret, S. Patres fideliter docuisse scripta & S. Prophetarum & Apostolorum à paganis pessimè rideri, eaq; in pretio habenda esse. Purior, ut ait Augustinus Eloquentia S. Jeremiæ erat, non tantum respectu dogmatum, ut M. Musæus opinatur, sed etiam respectu fucatae Pseudoprophetarum Eloquentiæ. Purior erat, id est, non ita fucata erat, ut ipse etiā Musæus explicat. Annon idem attestatur Ambrosius? Omnidò. Apostolos in stilo impuritatis accusandos esse negat,

gat, quando ipsos secundum gra-  
tiām (quae non est contra artem, ut  
funt barbarismi & solōcēismi) sed  
supra artem, scripsisse affirmat. An-  
non etiam idem Hieronymus attestat-  
tur? Om̄nīnō. Quanti enim fa-  
ciat stilum D. Pauli, dum eum vo-  
cat flumen eloquentiæ, ex citato  
loco apparet, Et hoc respectu Hie-  
ronymus mihi non in faciem con-  
tradicit. Quod autem idem Hie-  
ronymus ex humana procul dubio  
infirmitate ejus oblitus alibi scri-  
bit: D. Paulum Græci sermonis  
penè fuisse imperitum, ad id re-  
spondet Beza in annot. in Act. 10. c.  
Hieronymi judicium inquit, intus quidem  
quid aliud prōdit, qnam Origenis di-  
scipulum, liceat mihi cum tanti vi-  
vi pace pro veritate παρρησιάζεις  
De Paulo non ita judicarunt Athe-  
næ, ut Hieronymus. Et Henricus  
Alstedius in observatione Apol. 17.

ā me citatus ait : Eloquentiam Paulinam quoad gravitatem & nitorem nullo modo esse inferiorem eloquentiā Demosthenis , Scimus illum Athenis perorasse coram Areopagitis , viris disertissimis . & Mornæus in z. m. 3o prop. ā me citatus , qui scribit in lib. de ver. Chr. relig. c. 34. Genus loquendi in scriptis Pauli esse versissimum , verba significansima , phrasesq; exquisitiissimas & Gracis in primis peculiares . & Ioh. Iac. Grynæus in præf. in Hist. Eccl. scribit : Sermonem Pauli Apostoli ut confusum , hyperbatis perturbatum , ac Cilicum more , formatum , Orogenes & Hieronymus perstrinxerunt , quam prudenter , ipsi viderint . Certè si ubiq; eum assequi ipsis datum fuisset , nihil non exosculati fuissent in Pauli Epistolis , & ejus sermone quam suo uti maluissent . Et Matth. Dresser scribit l.i. eloc. Rhet. Paulus μεγαλοφωνότερος est , autore Theodoreto , id est , sono orationis grandi & copioso utitur ; in multis enim locis majestatem & excellentiam orationis usurpat , ut verborum dignitate ne Demosthenem quidem cedat . Quæ ergo est im-

modestia D. Pauli stylum tantopere extenuare & per Hieronymi autoritatem juventuti suspectum facere? In Scriptis gentilium ipsum probè versatum esse, Sententia Arati *Act. 17. 1.* Menandri *i. Cor. 15. c.* & Epi menidis *Tit. 2. c.* citata non obscurè indicat. Annon tandem idem quod ego intendi, attestatur Chrysostomus? Omnidò. Quando enim T. 2. l. 4. de Sacerdotio ait: *Lycæones opinatos esse Paulum fuisse Mercurium idq; ab Eloquenteria Pauli provenisse, certè stylum D. Pauli à vitijs, à solœcismis, immunem esse, non ita floccifaciendum esse, statuit, ad quod probandum Chrysostomus testimonium mihi sufficit; In aëre ergo hîc piceatum esse M. Musæū, evidens est.*

*Nova VI. & falsa est opinio quando § 32. & 34. scribit, sententiā gentiliū, Barbarismos & solœcismos Novi T. Christianis obſcientium, esse quidem impiam & blasphemam, sententiā autem Christianorū illarū, qui certitudinem Scripturæ S. agnoscunt.*

C 4 G N.

¶ N. T. barbarismos & solœcismos inesse  
statuant, non esse impiam & blasphemam,  
ac proinde memale durissima verba (Bar-  
barum Scripturæ S. contemtorem  
esse oportet, qui ipsam barbarismo-  
rum accusare audet ) in pientissimos  
Christianos torquere. Falsum est i. me-  
id in pientissimos Christianos tor-  
quere. Quod enim Trias mea Scri-  
pturam S. N. Test. à labe solœcismo-  
rum & barbarismorum, vindicans  
directa sit contra criminationes  
gentilium hic publico scriptio di-  
vulgatas, & contra omnes, qui i-  
stis gentilibus adstipulantur, &  
cum istis Scripturam S. itidem cri-  
minantur & perstringunt, ex sin-  
gulis fermè Triadis meæ pagellis  
M. Musæus videre potuisset, nisi  
affectus glaucomate quodam ipsi-  
us & visum & mentem perturba-  
sent. Repetij hoc in observat.  
Apol. 8. pag. 106. his verbis: Trias  
mea unice directa est contra eos, qui cum  
empys paganis Stilum N. Fæderis irrident,  
barba-

barbarismi argunt, & ut juventus etiam  
sinistrè de stilo S. Apostolorum sentire in-  
cipiat, Autores sunt; obs. 15. pag. 124.  
Scripsi, quod cum blasphemis gentilium  
criminationibus & ita non cum umbrā litigem.  
& obs. 22. p: 135. dixi: me non nisi  
pro stile Apostolici autoritate contra cri-  
minationes gentilium disputare. Hic e-  
nīm est Triadis meæ scopus: volui  
nempē studiosam juventutem quæ-  
stione ista: An Novum T. scateat  
barbarismi hic motā & criminationi-  
bus gentilium, scripto publico  
divulgatis, non parūm turbatam ad-  
versus easdem præmonere, & præ-  
munire. Et hæc δύλωντος λύσις  
est, ut loquar cum Aristotele ex lib.  
*Elench. Soph. cap. 24.* Non sum ego  
ad eo sternax, ut in obvium quem-  
vis cœco impetu incurram; Absit:  
Contra istos purè Græcos, de qui-  
bus anonymous meus Antagonista,  
in innocentia Hellenistarum p. 26.  
expressè scribit, quod non reve-  
rantur, quodcunq; à Spiritu S. pro-

C. 5 fe-

fectum, quamvis pap. 192. pro istis,  
ut Scripturæ Sacré scabiem barba-  
rismorum affricantibus, acriter di-  
sputare coeperit, meam Triadem,  
unicè, ut iterum dicam, direxi. Un-  
de Græcium paganum & Apo-  
stolicum opposui obs. Apol. 19 p. 132

Falsum ergò est, quod elenchum  
meum in pientissimos Christianos  
strinxerim, 2. diversitatem à M. Mu-  
sæo adductam refellit barbarismi  
definitio. Cum enim illa sit di-  
ctio vitiosa, ideoq; quisquis hoc  
modo Scripturam S. Baptæj. 2.  
dixerit, sive gentilis, sive Christi-  
anus fuerit, blasphemie reus erit.  
Excipit quidem M. Musæus §. 33.  
& 35. & ait, voces barbarismi &  
folœcismi non necessariò in loquē-  
te involvere sermonis imperitiam  
& errorem. Sed frustra. Nam i.  
vitiosa dictio necessario in loquen-  
te involvit sermonis imperitiam &

-svi*it* *ne* *lo* *sp* *nd* *it* *at* *re*  
-otq; & i*tr* *ni* *q; l* *p* *n* *u* *b* *o* *s* *p* *g* *er*  
-32. 7

errorem. Vitiosè enim loqui, error est. Atqui barbarismus est dictio vitiosa, ex definitione etiam à M. Musæo approbatâ; Ergo barbarismus necessariò in loquente involvit sermonis imperitiam & errorem. Id quod hic M. Musæus ipse 2. in §. 27. hisce verbis confirmat: *Quod ea quæ Spiritus Sanctus inspiravit Apostoli, Apostoli & scripserint & locuti sint, ceu scribere & loqui solent Idiotæ artis præceptorum ignari.* Et §. 38. ex Hieronymo, *Sancto Paulo artis Grammaticæ imperitiam attribuit:* Ex quo ita concludo:

Si statuendum est Apostolos propter solœcismos similes esse Idiotis, artis præceptorum ignorantibus solœcismum necessariò in loquente involvere sermonis imperitiam & errorem.

At prius est: sic opinante M. Musæo,

C 6 Noya VII.

Nova VII. & falsa est opinio, quando  
M. Musæus scribit §. 35. Eos qui barba-  
rismos & sollicitos inesse N. Testamento  
asserit, id facere hoc sine ut discrimen discen-  
tibus proponatur inter Græcanica eloquen-  
tiae puritatem, & Novi Testamenti im-  
puritatem aliunde, præter ejus lingue  
indolem, admissam? Discrimen enim  
istud est i. falsum. Falso asseritur  
Græcum Stilum Veterum Græco-  
rum esse purum & non scatere bar-  
barismis, Græcum autem Stilum  
N. T. esse impurum & scatere bar-  
barismis. Falsissimum hoc est, ut  
in i. Argumento probatum est. Di-  
scernat M. Musæus Stilum N. T. à  
Stilo Veterum Græcorum, sed ita  
id faciat, ne Stilum N. T. criminis  
& vitij arguat. Annon 2. M. Mu-  
sæus cum nostratis Theologis &  
Philologis discrimen discentibus a-  
liter poterat proponere, & discen-  
tes monere, discrimen inter Græ-  
cismū Spiritu S.N.T. & Græcorū esse  
huj' modi; Hunc nempè ad indolē

linguarum orientalium in mysterio JESU CHRISTI revelando inflexum, & Hebræi sermonis liquore imbutum esse: Istum autem non ita, cum Pagani istas res sacras, istud Mysterium Evangelij unâ cum stilo Apostolorum & coaptationem verborum ad res istas, ab omni ratione alienas, irriserint. Nulla ergo nulla omnino cogit nos necessitas, ut suspecta ista Pharsi utamur, & Greco-cismum Veterum purum, Græciismum autē N. T. impurum & barbarismis refertum esse dicamus.

*Nova IIX. & falsa est opinio, quā M. Musæus §. 36. statuit, Spiritum S. Apostoli quidem res sed non verba inspirasse: Modestia certè, quæ Christianum decet, ita I. ex supra citatis verbi Divini testimonij docet colligere:*

Per quos Spiritus S. locutus est mysteria N. Test. & fœderis, & quibus Spiritus S. dedit eloquista, istis Spiritus S. non modares sed & verba rebus istis, mysterijs

mysterijs istis, congrua & convenientia, ut quæ sunt medium locutionis, inspiravit.

Atqui per Apostolos Spiritus Sanctus locutus est mysteria N.T., Nō vos loquimini sed πνεύμα Σποτρός λαλεῖν σύμην ait SALVATOR Matth. 10. cap. Sancti DEI homines locuti sunt (verbum λαλεῖν, quod fit verbis extat in texu) Δικ. Επνευστήρ αγίς Φερόμενος 2. Pet. 1. cap. locuti sunt magnalia DEI, prout Spiritus S. dabat ipsis αὐτῷ φέρεσθαι sententiosis verbis eloqui. Act. 2. cap.

E. Spiritus S. Apostolis non res modo sed & verba mysterijs & rebus istis convenientia inspiravit

Contra opinionem M. Musæi in Ecclesijs nostris novam urgeo  
2. hoc Argumentum. Sancti Apostoli verba Graeca, quando ad

Gra.

Græcos græcè locuti sunt Magnalia  
DEI Actor: 2 cap. habuerunt aut  
ex Spiritu Sancto inspiratione, aut  
ex humanâ institutione, Terti-  
um hic non datur.

Atqui Sancti Apostoli ista verba Græ-  
ca non habuerunt ex humanâ in-  
stitutione; fuerunt enim ante A-  
postolatum & mirandam Spir-  
itus Sancti effusione m homines  
gregarij, pescatores, Græcae Lin-  
guæ ignari, ut qui vix terminos  
Judææ & Galilææ fuerant eges-  
si & maternam tantum linguam  
callebant.

Ergo habuerunt ista ex Spiritu  
Sancti inspiratione.

Quod probo 3. ex proprio  
M. Musæi Testimonio: Ibidem e-  
nim scribit, Non dubitari de eo, an  
Sancti Apostoli ex inspiratione Spiritus  
Sancti locuti sint & scripserint.

Et §,

Et §. 44. scribit: Græcis mus N. T.  
est quo Novum Testamentum ex  
inspiratione Spiritus S. consigna-  
tum est. Hinc ita:

Qui ex inspiratione Spiritus S.  
locuti sunt & scripserunt, istis Spi-  
ritus S. verba inspiravit: Alias n.  
ex inspiratione nō locuti essent.

Atqui de Apostolis prius ve-  
rum esse fatetur hic M. Musæus:  
Ergo & posterius, Quod ita ef-  
fert Ambrosius t. 3. l. 1. Epist. 2. ad  
Simplicianum: *Apostoli non nisi ex re-  
velatione demonstrata sibi elocuti sunt.*

*Nova IX. & falsa* est opinio quando  
scribit §. 39. Sermonem Apostolorum non  
esse sermonem Dei quoad materiale, seu i-  
psa verba, sed quantum ad formale, id scilicet,  
quod per sermonem revelatur  
Nam 1. Id quod Spiritus S. per A-  
postolos locutus est, est sermo Dei.

Atqui Sermo Apostolorum  
quo ad verba est etiam id, quod  
Spiritus S. per Apostolos locutus  
est, vi citatorum textuum Matt.

10. Act. 2. 2. Pet. 1. E. Sermo

Apostolorum etiam quoad verba est sermo Dei, æquè ut sermo Prophetarum sermo Dei est 2. Pet.

1. Si enim illa perversa quorundam opinio, ac si sermo Apostolorum non esset sermo Dei, invecta fuerit in Ecclesiam Dei, actum est de Scripturæ autoritate ac proinde de totius Christianæ Religionis incolumentate, ut recte contra Erasnum scribit Beza in annot. in cap. 10. Act. Ap. Quò ergo ruet tandem ista de Sermone Apostolorum, quod non sit sermo Dei, quod non à Spiritu Sancto inspiratus sit, disputandi licentia, nisi fuerint in Academij, qui frenos eidem injecerint.

2. Quicquid pertinet ad essentiam Scripturæ S. istud est *Deo πνευσον.*

Atqui sermo Apostolorum etiam quoad verba pertinet ad essentiam Scripturæ S. ut quæ dicuntur *τέρπη θεοπνευστος* z. Timoth-

moth. 3. cap. E. Sermo Apo-  
stolorum etiam quoad verba est  
*πρότυπος* & per consequens  
sermo Dei.

Accedit 3. propria confessio  
M' Musæi §. 41 sribentis, in ser-  
mone Spiritus Sancti admissos esse barbari-  
smos. Hinc hoc nascitur argumen-  
tum.

Sermo Novi Testamenti in  
quo admissi sunt barbarismi, est  
sermo Spiritus Sancti, ut expres-  
sè scribit M' Musæus.

Atqui sermo Novi Testamen-  
ti in quo admissi sunt barbari-  
smi, est sermo Apostolorum,  
quoad materiale seu verba. De  
formali enim, seu de eo quod  
per sermonem revelatur, ut M.  
Musæus, explicat, nemo Chri-  
stianorum, id quod barbarismi  
in eo sint commissi, affirmare  
potest. Ergo

Sermo Apostolorum quoad  
materiale seu verba est sermo Spi-  
ritus S., sermo Dei. Ecce

Ecce ergo contradictionem; sermo Apostolorum quoad materiale seu verba, est sermo Dei, ut ex §. 41. M. Musæus ipse hoc adstruit. Sermo Apostolorum quoad materiale seu verba, non est sermo Dei §. 39. *αὐτῷ δέ τοι πάλαι οὐδὲς ἦν Φευδεῖς*, ait Aristoteles lib. categ. 10. cap. Ita qui ex affectu disputat, contradictionis laqueo se facile implicant.

Nova X. & falsa est opinio quando §. 42. scribit, *Vuum accipi dupliciter* 1. Materialiter, pro eo quod à regulâ discedit, etiamsi non traxerit originem ex vitioso habitu. 2. Formaliter, pro eo quod non tantum à regula decedit, sed etiam agentis vitiosum habitum includit, & ita solœcismum vitium quidem esse materialiter, sed non formaliter. Sed 1. distinctionem istam vitij falsitatis arguit, ipsa vitij formalitas; quæ est deflexio à regulâ, à lege. *ἀμαρτία εἰσ αὐθία* 1. Joh. 3. cap. aberratio, deflexio à lege.

Si

Si ergo vitij formalitas est deflexio  
à lege, & aberratio à regula, utiq;  
vitium est & manet vitium non  
tantum spectatum materialiter, sed  
etiam consideratum formaliter.  
Non enim vitiosus agentis habitus  
est formalitas vitij, sed ut dixi ipse  
recessus à regula vel lege. Quan-  
do enim puer impingit in regulas  
grammaticas, vitium est etiam for-  
maliter, per formalitatem seu desle-  
xionem à regula, etiam si id nō profici-  
scatur ex vitioso agentis habitu, seu  
*wegespēces.*

Quicquid itaq; in se & per se  
discedit à regula, id est vitium &  
materialiter & formaliter.

Atqui de solocēismo & barba-  
rismo prius est verum. Est enim  
dicente suida *λέξις εν τῷ νανί-*  
*ῳ.* E. & posterius

Corrigat itaq; M. Musæum  
Dr. D. Jungius, qui loco à me in Tri-  
ade p. 108. citato scribit: *Ab ipsis Gra-*  
*cis*

cis barbarismum pro vitio linguae haberi.  
 Hoc discat, hoc juventutem doceat  
 M. Musæus & distinctionē solœci-  
 smi & vitij ita materialiter, ita for-  
 maliter spectati, ut in cerebro suo  
 natā, ne studiosa juventus ulterius turbe-  
 tur, obelisco notet, cum ab ipsis  
 Græcis barbarismum pro vitio ha-  
 beri etiam D. Jungius statuat, ne i-  
 psis etiam Græcis M. Musæus di-  
 cam scribat. Consideretur 2. hoc  
 quod M. Musæus scribit §. 41. in  
*sermone Spiritus S. barbarismos & solaci-  
 smos admissos esse sciente & volente spiritu*  
*S. Vnde cur non ita inferre liceret?*

Qui vult admitti barbarismos  
 & solœcismos, ille vult admitti  
 vitia materialiter. Barbarismi  
 enim sunt vitia materialiter, ut  
 concedit M. M, in allata distin-  
 ctione. Atqui de Spiritu S. pri-  
 us verum esse scribit M. Musæ-  
 us. Ergo & posterius. Ulterius,

Quivult admitti vitia materi-  
 aliter, ille vult ut deflectatur à  
 regu-

regulâ, ut error committatur & peccetur, vitium enim materialiter sumptum ita definitur per discessum à regulâ à M. Mulæo & peccatum esse ~~divinum~~, aberrationem à lege, à regula quis nescit.

Atqui de Spiritu Sancto prius verum esse disputat M. Musæus, E. & posterius verū esse disputat,

At hoc impium est afferere. Spiritus enim S. nō vult ut peccetur nec contra leges divinas, nec humanae. Divinis non adversantes. Ergo & hypothesis M. Musæi oportet etiam esse ejus farinæ.

Nova XI. & falsa est opinio, quando §. 44 scribit, quod sæpius repeatam & inculcem, Hebraismos in Græcismo N. T. occurrentes juventuti obtrudendos esse, ut puros Græcismos, & de industria discrimenâme additū succo quasi pede præterit. Cum D. Glassio distinxii in obs. apol: 19. inter Græcismum profanum & Apostolicum: Istum pro rostris se ostentantem, phalætatis verborum lenonicijs turgen-

tem & ad aures auditorum demulcendas compositum, orientalium linguarū, mysteria Evangelij complecentium, liquore nō imbutum esse: Hunc autem istiusmodi liquorē imbutum esse scripsi, qui liquorē linguarum orientalium puritatis stili Apostolici æquè parum derogat, ac liquorē Græcis morum puritatis stili Ciceronianī. In prop. 3. Triad. m. 2. stylum N. T. vel Græcis mūm spiritus S. ad indolem Hebrææ linguae inflexum & orientalium liquorē imbutum esse, itidem scripsi. Ut itaq; qui in Cicerone, Plauto, Salustio & Tacito Græcis mos observant, ut in verè & pure latinis autoribus, eos juventuti non ut puros latini smos obtrudunt, sed autores vere Latinos quodā Græcis mī liquorē imbūtos esse, docent, eosq; juventuti explicant: Ita qui in N. T. Hebraismos observant, eosdē pariter juventuti nō ut puros Græcis mos obtrudunt, sed ad harmoniā v. & n. r. designādā,

ad my-

ad m̄ysteria in Hebraico V. T. textu  
 contenta commodius revelanda, i-  
 stiusmodi Hebraismos adhiberi o-  
 stendunt. Unde *Sixtinus Amama* in  
*Anti-Barb. Bibl. Linguam N.T. He-  
 breo-Gr̄ecam* vocare maluit, ubi &  
 plurimi facio accuratum judicium  
 Excell. Dn. D. Dorschei, Theologi  
 celeberrimi, in Tract. de Scriptr̄s,  
 ita dicentis: Non est dicendum integrum  
 Phrasin stilumq; N. T. esse alienum à puro  
 Gr̄ecismo & apud profanos scriptores u-  
 sitato. Nullus enim hujus assertionis pa-  
 tronus erit, nisi qui persuasum habebit nul-  
 lum superesse, qui Gr̄ecos Scriptores profa-  
 nos cum sacris contulerit: neq; etiam ne-  
 gandum Stilum N. T. in multis eGegiZar  
 hoc est ad conformatiōnem Hebraicæ dicti-  
 onis attemperatū esse, hoc enim negare nemo  
 audebit, nisi qui persuasum habebit, nul-  
 lum superesse, qui Gr̄ecos Scriptores N. T.  
 cum fontibus Hebræū conferre potuerit. Et  
 pertinet hoc ad concordiam & connexionem,  
 que inter V. & N. T. est, ut in hoc illi ceu  
 fons atq; scaturiginis reseratur sapor, ipsi q; a-  
 deo

deo spiritui Sancto hoc placuisse presumendum est, ut eodem stilo filioq<sub>z</sub> sermonis propagaret mysteria.

Nova XII. & falsa opinio est, quando §. 44. falso scribit, quod me oporteat afferere nullam aliam posse dari regulam & normam, juxta quam Græcismus N. T. resp. substantia & entitatis sit examinandum, quam clavorum Græcorum consuetudinem? Firmiter enim statuo consuetudinem veterum ἐνδεκτημένων εἰλιγών esse quidem normam, secundam quam Græcismus vulgaris & profanus, inter pure Græcos usitatus, examinari debet; sed normam & regulam, juxta quam Græcismus Novi Testamenti etiam respectu substantiae & Entitatis examinari debet, esse placitum & arbitrium Spiritus Sancti per Apostolos locuti & supremi & ἐδοκιμαστης linguarum magistri, cui ita visum fuit, per Apostolos loqui, & istiusmodi Græcismo linguarum orientalium bonum. Dicitur itali-

taliūm liquore imbuto uti, propteres sacras & mysteria ex Veteri Testamento tunc revelanda. *Male his*  
*& illi qui veterum (Græcorum) decem pedā immensos religionis nostræ agros co-*  
*nantur metiri*, ut loquar ita cum *Scaliger* exercitat. 375. sect. 3. Statuo i-  
 taq; Græcissimum Novi Testamenti non saltem respectu modi produc-  
 tionis, ut M. Musæus opinatur, sed etiam respectu Substantiæ, propter istum productionis modum, non materialiter vitiosum, & ab omni sesquipedalium verborum luxurie & pomposâ forensium oratorum rhetoricatione quidem alienum, ab omni tamen barbarismorum & sôloecismorum, quos materialiter vi-  
 tia esse Musæus §. 42. concessit, la-  
 be immunem esse.

Nova XIII. & falsa est opinio quando §. 46 scribit se suumq; respondentemta-  
 lia adduxisse, quæ Triadis meæ utrumque erus frangant, & ut tota meæ Triadis stru-  
 ctura labascat faciant! Nam quod fal-

sò ita glorietur, & quod hic M. Musæus cum suo Resp. Triadi meæ neutrum crus fregerit, quodque tota Triadis meæ structura etiam contra hunc M. Musæus stet inconcussa iūsſiclienter in 1. hujus defensionis membro probatum esse benevolus Lector ex adductis facile judicabit. Præterea 2. deliquit M. Musæus vehementer contra se ipsum. In præfat: enim scribit, se absq; ullius præjudicio in sua disputatione quid vero consonum sit velle dissipere, & §. 35. scribit, se veüe iudicium suum suspendere, nullius partis patrocinium suscipere. His promissis non stetit M. Musæus.

Qui enim gloriatur se ea adduxisse, quæ Triadi meæ utrumque crus frangunt, & ut tota structura labascat, faciunt, ille iudicium suum de Triade meâ non suspedit, sed alterius partis (Anonymi nempè mei adversarij) patrocinium suscipit. Idem enim planè contrâ Triadem meam molitur,

D 2

quod

762.21

quod iste adversarius meus anonymus.

Atqui de M. Musæo prius est verum ex §. 46.

Ergo & posterius, & per consequens falso se judicium suum suspendere velle promisit.

Adversarius meus anonymous quidem in innocent: Hellenist: p. n. de quodam argumento, quod libi confinxit & ceu meum refutavit, scripsit, quod non stet firmo tali, sed quod utrumq; crus toti Triadi meæ fregerit, & ut tota ejus strutura labaceret, fecerit, nuspian gloriatus est. Vehementioris ergo adversarij personam hic M. Musæus induit, & aliorum odia in Tuidem meam accendere voluit, ut Thrasonica ista §. 46. adducta verba disertè testantur.

Φωνὴ τῶν ἐν τῷ Φυλῆ πατρῶ  
οὐρανοῖς, ait Arist. I. wEi eppun cap.

I. ex abundantia cordū os loquitur Matth.

12. cap.

12. cap. Quo fine igitur M. Musæus Triadem meam sub sui examinis incudem vocarit ex istâ gloriatione, quo judicio (quod animam sapientiæ vocat Scaliger in prefatæ exercitat.) id fecerit, ex hac refutatione, ut spero, satis constabit.

Cum itaq; M. Musæus in præfateatur: *Humanum esse errare*, ideoq; hoc generali arguento huic defensioni meæ finem imponam.

Qui in disputatione sua falso gloriatur, & in tempestivæ novitatis studio istud de stilo Novi T. scribit & statuit, quod nemo nostratum Theologorum docuit, aut statuit, & ita falsam & novam opinionem, sine solido fundamento, defendit, ille in seipso & suopte exemplo experitur humanum esse errare.

At qui de M. Musæo prius est verum. E. & posterius.

Minoris veritas elucet ex hac meâ defensione, de falso gloriatione actu

est in membro primo, deinde novum  
& a nemine nostratum Theologorum  
scriptum, immo falsum est, quod  
statuit. 1. In Gratissimo Novi Testamenti  
esse barbarissimos & solacissimos. 2. Sermo-  
nem Apostolorum impurum esse. 3. Spir-  
itum sanctum Apostolis inspirasse res, non ver-  
ba ipsa. 4. Sermonem Apostolorum non  
esse sermonem Dei, quoad verba. 5. A-  
postolos tantum locutus esse ex consuetudi-  
ne usi contracta. 6. Solacissimum non esse  
vitium formaliter. Si haec paradoxa,  
qua M. Musaeus juventuti studio-  
sa non sine scandalo quidem pro-  
pofuit, sed nullo firmo argumen-  
to probare potuit, in Ecclesiam no-  
stram invecta fuerint, quis dubita-  
bit, ipsam spissioribus plurium er-  
rorum tandem mesumirite nebris?  
At errare humanum est, ut recte ait  
M. Musaeus quod suppleo ex Augu-  
stino qui t. 9. l. 2. de visit. int. c. 5 ait:  
Humanum est peccare, Christianum est a  
peccato desistere, diabolicum est perseverare.  
Ait quidem M. Musaeus alium quem-  
piam

piam posse ita contrà Triadēm meam  
iusurgere, & allatis exceptionibus  
argumenta mea infringere; sed  
quia ex ijsdem exceptionibus M.  
Musæus satis insolenter concludit  
& affirmat, à se à se ea esse adducta, qua  
Triadi mea utrumq; crux frangunt, & ut  
tota Triadis structura labascat, faciunt,  
ipsum & non alium istorum paro-  
doxorū autorem & assertorem es-  
se, ipsumq; tām aculeata contradic-  
tionis Spicula in Triadem meam  
contorquere voluisse manifestū est.

Qui enim exceptiones contrà  
argumentum aliquod proponit  
& ex ijs suam sententiam confir-  
mat & concludit contrà idem ar-  
gumentum, istum exceptiones  
istas facere suas, suamq; propri-  
am in ijs tradere sententiā, ne-  
gari non potest: Qui enim po-  
nit consequens, ponit etiam an-  
tecedens, ex quo istud sequitur.  
Atqui de M. Musæo prius est ve-  
rum. Ergo & posterius.

D 4 Aut

Aut tandem M. Mus. exceptiones istas  
 facit suas, & suam in ijs proponit  
 sententia paradoxa ista compro-  
 bantem, aut falso, falso inquam,  
 ex istis concludit & gloriatur se  
 adduxisse, quæ Triadi meæ utruq;  
 crus frangunt & ut tota ejus stru-  
 cta labascat, faciunt. Eligat  
 alterutrum. Certe quicquid di-  
 xerit, omnem Philologicæ isti-  
 bus disputationis vim evicerabit.  
 Quod ergo M. Musæus de stu-  
 diose juventutis oculi & animi in exor-  
 tam controversiam, ut loquitur conver-  
 sis tam sollicitus, jam temporis, ubi  
 in corruptos multorum mores &  
 delicta iram Dei magis magisq; ac-  
 centia, calamum luum stringere de-  
 buisse, eum strinxii in stilem A-  
 postolorum, & quod, dum juven-  
 tur, persuadere voluit. stilem Novi  
 Testamenti esse impurum, solœ-  
 cismis esse refutum, non esse stilem  
 & sermonem Dei, non esse à  
 Spiritu Sancto, eidem juventuti ad  
 ipsum epicureismum & doctrinæ

Apostolicæ insignem contemtum,  
tām latam fenestram aperuit, quis  
non miretur? Schicket / Schicket  
euch in die Zeit / denn es ist eine böse Zeit/  
ait D. Paulus Ephel. 5.16. Pietas cer-  
tē & temporum modernorum cala-  
mitas se verissimè prohibent juven-  
tutē, ad errores imbibendos valdē  
proclivē, isti modi novis, luspectis,  
imò erroneis opinionibus turbare.

Et hæc est tertia Triadis meæ de-  
fensio, quam ut in tuo nomine, ô  
Sacré Sancta TRIAS, Deus Pater,  
Fili, & Spiritus Sancte, proveneran-  
da verbi tui, per Apostolos in No-  
vo Testamento prædicati, autori-  
tate incepi, ita in tuo Nomine finio,  
& ut id, quod in contemtum verbi  
tui Divini vergit, potéter reprimas,  
id autem, quo ejusdem, respectu  
rerum, & respectu verborum, di-  
gnitas & divina autoritas asseritur,  
clementer tuearis & asseras, arden-  
ter oro, per & propter JE-  
**SUM CHRISTUM**

AMEN.

De Carmine non, ut existimo,  
ad paradoxorum, in disputatione  
istâ contentorum, approbationem,  
sed ad favoris declarationem, adie-  
cto, hoc de barbari descriptione  
ut, coronidis loco, subjungerem,  
necessum esse duxi.

**S**i, cujus non sunt mihi cognita verba lo-  
quenter quoniam

Barbarus est, multis Græcia barbara  
erit.  
Scilicet ignoris, quâ floret Græcia, Græca  
Lingue, sic Græcus barbarus omniscrit;  
Barbarus cunctis hæc est sententia Græcis  
Qui vitium admittit, barbarus ille mihi;  
Barbarus ille magis, Scabiem cui barbariti  
Scripturis Sacris affricuisse placet.

**M. J. Grosse.**  
**HIERONIMUS CHAUSIUS**

Hieronym. Epist. ad Dext: tom.

1. Basf. Edi. p. 119. 120.

**D**iscant Celsus, Porphyrius,  
Julianus, rabidi adversus  
CHRISTUM canes, discant eo-  
rum sectatores, qui putant Ec-  
clesiam, nullos Philosophos &  
eloquentes, nullos habuisse do-  
ctores, quanti & quales viri eam  
fundaverint, exstruxerint & or-  
naverint, & desinant fidem no-  
stram, rusticæ tantum simpli-  
citatibus arguere, suamq; po-  
tius imperitiam a-  
gnoscant,

**FIAT, FIAT,**  
**FIAT.**



**Errata.**

P. 8. blasphemae - blasphemas.  
P. 9. facers - facere. p. 15. conelus.  
- conclus. p. 16. ομοιωνε - ομοιωνει.  
p. 25. dad - ad p. 52. Illa - ille. p. 61.  
Arostor. - Aristor. Reliqua, si  
quæ occurrant, benevolus lector  
ipse ut hanc gravatim emenderet, ro-  
gatur.

TATI TATT  
TATT

3



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn767055683/phys\\_0091](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767055683/phys_0091)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn767055683/phys\\_0092](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767055683/phys_0092)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn767055683/phys\\_0093](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767055683/phys_0093)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn767055683/phys\\_0094](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767055683/phys_0094)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn767055683/phys\\_0095](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767055683/phys_0095)

DFG




457

impudenter calumnia  
manum, sed Diabolici  
posterum, nisi à calum-  
niis infirmus & errans e-  
st ut præfractus calum-  
nianus, si quidem qui  
cum eo controvertere  
me non facile paterer-  
terit à calumniis, & c.  
quærere incepit, &  
mitate eum errasse de-  
niam ipsi non denega-  
tiō, Ita & post habebi-  
mitem & mansuetum  
Augustini, quod M. C.  
posuit, idq; diligentius  
ipsi repono: *Humani  
Christianum à peccato  
licuum est perseverare.*

APPENDICIS

Unum restat, q.  
Grossii calumniandi  
gata est; & etiā Veneris  
demix nostræ Senioris  
rendū & Excell. Dn. J.  
rē&c. pro tēpore Rec  
Præceptorē & hospiti  
observandū instar lat.



032

Patch Reference numbers on UTT  
Patch Reference Chart TE263 Serial No.